



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio tertia

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

ritatis et veritatis: Nam sic modicum fermenti totam farina cui inicitur masse corrumpit: vniuersamque mox conspersionem suo sapore commaculat: sic nimirum simulatio cui semel animum imbuerit tota virtutum sinceritate et veritate fraudabit. Tu autem. **L. ij**
Nihil autem oportet quod non reueletur. Et quoniam in presenti seculo multorum diu latet hypocrisis ergo de futuro tempore intelligendum est quando deus iudicabit occulta hominum. Nam sicut vnus amicorum beati iob verissime dixit Laus impiorum breuis: et gaudium hypocrite ad instar punctorum: si ascenderit vsque in celum superbia eius: et caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinum perdetur. Tu autem domine. **Lectio tertia**
In fine inquit perdetur quia in principio florere videbatur. Est ergo sensus Attendite ne emulemini simulatores: quia veniet profecto tempus in quo et vestra virtus omnibus eorum reueletur hypocrisis. Verum quod sequitur: Quoniam que in tenebris dixistis in lumine dicentur: et quod in aure locuti estis: in cubilibus predicabitur in rectis. Non solum in futuro quoniam cuncta cordium abscondita profertur ad lucem: sed in presenti tempore potest congruenter

accipi. Quoniam que inter tenebras quondam pressurarum carcerumque umbras vel locuti vel passi sunt apostoli: nunc clarificata per orbem ecclesie lectis eorum actibus publice predicantur. Tu autem. **De vno martire festiue in primis psal. feriales cum suis antiphona. Hymnus.**
Deus tuorum. **Capitulum.**
Iustus si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. **D. Cap.**
Raptus est ne malicia immutaret intellectum ipsius: aut fictio deciperet animam illius. **D. Cap.**
Deo gratias. **Capitulum.**
Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum: et in spectu altissimi deprecabitur. **Cap.**
Beatus vir qui in sapientia sua morabitur: et qui in iusticia sua meditabitur: et in sensu suo cogitabit circumspectionem dei. **D. Cap.**
Iustum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei honestavit illum in laboribus et compleuit labores illius. **D. Cap.**
Qui parce seminat. **Cap.**
Qui parce et metet: et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet. **D. Cap.**
Ocharissime Demoz. **Cap.**
Esto dominum iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine david secundum euangelium meum in quo laboro vsque ad vincula